



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Cap. LVII. Qvis Modvs Canonicas legendi horas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

16. & cap. 4. septem lampades ardentes cap. 5. vers. 1. Liber signatus septem sigillis, & cap. 6. Agnus habens cornua septem, & septem oculos, &c. De hoc septenario numero S. Gregorius Nazianzenus oratione in S. Pentecosten. D. Basilius homil. 11. in Hexam. B. Augustinus libr. 11. de Ciuit. Dei. cap. 31. & lib. 1. contra Manichæos. S. Hieronymus lib. 7. comment. in Isaiam cap. 22. & lib. 6. Comment. in Hieremiam cap. 32. & lib. 2. Comment. in Amos cap. 5. Galenus in libris decretoriis. Plutarchus lib. de Ei. apud Delphos. Macrobius libr. 1. in somnium Scipionis cap. 6.

CAP. LVII.

QUIS MODVS CANONICAS
legendi horas.

§. **M**ulta requiruntur vt legitimè Horæ persoluantur, 1. requiritur integritas, vt nimirum omnes septem horæ diurnæ dicantur: & tres nocturnæ. Ac docent Doctores quotiescunque totum officium omittitur, vel vna pars officii, id est, vna hora, <sup>Integre diu-
num effi ut
persoluendū.</sup> vel vnius <sup>Canonica
Horæ solun-
taria praser-
missio, est le-
uissima cul-
pe admissio.</sup> admitti peccatum mortale, siue id fiat ex contem-
ptu, siue ex fastidio & ebrietate, siue ex mera negligentia. Et ratio est, quia est sufficiens materia peccati mortalis, quando eiusmodi de-
causā, in notabili materia negligitur præceptum Ec-
clesiæ, vt fit in hoc casu. Ita Nauar. 1. de oratione. cap. 10. num. 44. Toletus, Bellarminus, Azorius. Nauarrus et-
jam putat aliquam partem horæ v. g. dimidium suffi-
cere ad mortale, sed hoc nimis rigidum videtur, non
tamen improbabile. Ad hanc integritatem refertur
integritas verborum, vt in officii sacri vel decantatio-
ne vel lectione nulla syllaba omittatur, qua de re vbe-
rius sequenti capite.

K 4

Quan-

*Quo organo
canuntur, le-
genda sunt.
Horis nihil
interuenien-
dum de quo
seq. cap.*

*Vbi necessi-
tate facta in
serp. sitio ibi
reducendū.*

*Vbi seruan-
dus horarū
ordo.*

*In necessita-
te ante ma-
tutinas sa-
crum fieri
potest.*

*Plurib. one-
rati benefi-
ciis legant, e-
tus Eccl-sia,*

Quando organo in Ecclesia canitur, verisimilius est eam partem esse legendam; quia ejus sensus ex organo non intelligitur. Ita *Sorus q. 5. a. 3.* Ad officii integritatem pertinet, ut non interruptè dicatur, quod in priuato officio propter aliquam irreuerentiam tantum veniale est, etiamsi intercederet integra hora: quia singulæ partes alicujus horæ v.g. versiculi Psalmi efficiunt singuli suam sententiam, & habent rationem cultus diuini independentem à cæteris, ergo licet interruptè dicantur, manet tamen substantia cultus diuini, qui præcepto Ecclesiæ imperatur. In publico tamen officio propter scandalum aliud est judicandum.

§. Secundo requiritur ordo ut singulæ horæ suo loco dicantur, qui ordo necessario seruandus est in officio publico, in officio autem priuato nullum est omnino peccatum cum ratione inuertere ordinem, ut docet *Syl. & Caiet.*

§. Quæres an liceat dicere sacrum ante matutinas. *S. Anton.* putat esse peccatum mortale. part. 3. tit. 13. c. 6. §. 4. *Palud. 4. sent. dist. 13. q. 2. artic. 2.* *Hostiens.* in sum. tit. de consecratione Ecclesiæ. d. 2. *Nauiar.* in Enchir. de oratione c. 21. num. 30. *Sorus* verò l. 10. de lustritia & jure. q. 5. art. 4. & *Sylu.* rectius negant: quia inter missam & officium, non est ordo essentialis, modo fiat cum causa necessaria ac legitima.

§. Tertiò requiritur qualitas, quæ in duobus consistit: primo ut quando legendum est de festo non legatur de feria & contra, alioqui tenetur repetere non tamen sub peccato mortali modo tempus supersit. Et verisimile est posse esse peccatum mortiferum, quia hæc qualitas Ecclesiæ præcepto imperata est, si quis sciens prudensque faceret. Vide *P. Suarez. libr. 4. de Horis Can. cap. 28.* Secundò ut qui sunt beneficiati legant officium secundum vsum Ecclesiæ in qua habent benefici-

beneficium aut si plura habeant secundum v-
sum Ecclesiæ in qua resident, & Religiosi secundum
rationem suæ religionis. Nunc conceditur legere of-
ficium Rom. omnibus ex priuilegio.

§. Quarto requiritur locus ac in publicis precibus
Ecclesiæ, vt habetur in Clement. 1. de celebrat. Miss.
in priuatis honestus locus, & quicunque obuiat in ne-
cessitate stabulum aut similis locus. Volo viros orare
in omni loco leuantes puras manus sine ira & discep-
tatione. 1. Tim. 2. v. 8.

§. Quinto requiritur tempus, de quo Doctores
tria potissimum docent, primo tempus recitandi offi-
cii esse à vespera dici præcedentis vsque mediam no-
ctem alterius diei, vt S. Antoninus & ceteri fere o-
mnes docent. Itaque matutinæ preces dici possunt
statim post completorium circa horam 4. 5. 6. &c. Ita
S. Thomas Quodl. 5. art. 28. responsione ad 3. alia ve-
rò non possunt dici, nisi post mediam noctem, quo
possunt omnes dici si necessitas urgeat, & tempus hoc
durat vsque ad mediam noctem sequentem.

Secundo in horis legendis seruandum esse tempus
ab Ecclesiâ præscriptum si fieri commodè possit. Vn-
de non peccant qui Nonam dicunt post prandium, &
qui laudes separant à matutinis, modo illas conclu-
dant collecta ejus diei, matutinas scilicet, vt fit in no-
cte Natiuitatis, cum missa interponitur. verum tamen
est sine causa non debere separari propter formam of-
ficij. 3. quotiescunque officium non potest suo tem-
pore legi, consilium esse, vt potius anticipetur tem-
pus. Ita D. Thomas quodl. 5. q. art. 28.

§. Sexto requiritur Intentio agendi cum Deo. Pro-
batur: quia ad implendū pceptū requiritur necessario
substantia operis præcepti. At vbi intentio agendi
cum Deo abest, non manet substantia orationis; quia
oratio intrinsece est locutio eum Deo, Locutio verò
cum cessarium.

in qua potis-
simum resi-
dent, officiū.
Iuxta S. Au-
gustini con-
siliū epist.
118. ad la-
mar. c. 2.

Quando le-
gi possunt
Matutina.

Quando mi-
nores Hora,
Vespera, &
Complet. di-
ci queant.

Anteuertem-
dum potius
Horarū tem-
pus, quā ul-
tra differen-
dum.

Propositum,
& quod, ad
Horarum le-
ctionem ne-
cessarium.

*Quæ in Ho-
ris necessaria
intentio.*

cum alio includit intrinsecè intentionem cum eo agendi. Ejusmodi intentio saltem virtualis sufficit ad vitandum peccatum mortiferum, & Ecclesiæ præcepto satisfaciendum, modo sponte nihil animo profanum tractemus, quod efficiat ut vel ad verba non attendamus, vel reuerentiam Deo debitam deponamus: nam si quis animaduertat se in verbis errare, nec corrigit, non implet præceptum. Et si etiam non erraret in verbis, aduertit tamen mentem distrahi ad ea cogitanda, quæ reuerentiam erga Deum impediunt nec excludit, etiam peccaret: quia in omni locutione cum Deo requiritur reuerentia erga Deum, ut docet *S. Cyprian. de oratione Dominica*. Sit orantibus sermo & precatio cum disciplina, quietem continens & pudorem, cogitemus nos sub conspectu Dei stare: placendum est divinis oculis & habitu corporis & modo vocis. *Chrysost. hom. 19. in Ephesinan.* Quid est quod dicit Apostolus: Psallentes in cordibus vestris Domino? Hoc scilicet cum intellectu attendentes. Quin. non attendunt, temerè psallunt, corde interea alibi oberrante. *Basiliius Const. Monast. c. 2.* cum timore humilitatēque Deum orato. Videat plus Lector infra cap. 70, *Augustin. in Psalm. 85.*

C A P. LVIII.

CANONICÆ PRECES MAGNÆ
vigilantiæ & religione per-
soluendæ.

§. **E** Adem solemnes & Canonicas Horas intelligenter, attente, ac pie vel cantent, vel legant, ne audiant: *Populus hic labiis me honorat cor autē eorū longe est à me, sine causa colunt me. Matth. 15. v. 8. Isa. 29. v. 13.* Quam multi, inquit *Augustinus in psalmum 119,* sonant voce, &

corde